



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma  
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter  
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1688**

Tent. IV. Circa injurias illatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48377)

... dum vituperatio per verborum metuitur, recti operis via deferatur.

LXVI. Tertio illi ostendat, quod malis displicere, laudabile sit, teste Seneca: & quod is, qui propria virtute decoratur, aliorum vitiis aut detractionibus non dedecoretur. Unde Sapienter monet pius Alcega lib. 2. de imit. c. 6. *Si attendis, quid apud te sis, non curabis, quid de te loquantur homines. Homo videt in facie, DEVS autem in corde. Homo considerat actus, DEVS autem pensat intentiones. Quod ergo es, hoc es, nec major dici vales, quam Deo esse sis.*

LXXVII. Quarto illi ostendat, utilitatem detractionum; certe S. Bernardus dicere ausus est: *Ego magis conscientia mea nullum judico accommodatius medicamentum opprobriis & contumeliis.* Sed & S. Gregorio teste, *Iustus miranda agit, & opprobria recipit, qui exire foras per laudes potuit, repulsus contumelia ad semetipsum redeat, & eo solidius intus in DEO solatur, quo foris non invenit, ubi requiescat.* Juxta S. Basilium vero ho. 10. de ita, *Detrahenti contumelia regnum caelorum claudit, tibi vero taciturnitas idem aperit.*

#### §. IV.

##### Tentatio IV. Circa injurias illatas.

LXXVIII. **A** Chatus Aulicus generosi pectoris gratia avissimam ab alio quopiam Aulico injuria affectus, diu, nocturneque vindictam meditatatur, & tandem sibi persuadens, honorem suum aliter reparari non posse nisi per duellum oblatum, statuit illud omnino injuriantem provocare, hocque suum propositum

fitum

fitum uxori manifestat, verum illa de vita Mariti  
retinenda sollicita, quia verbis proprijs dissuadere  
hunc hoc frustra fuerat conata, Pastorem adit, &  
maritum ipse à proposito abducere efficacius conatur  
rogat. Quæritur, quomodo id præstare debeat  
Pastor?

*Responsio.*

LXXIX. Inprimis illi ostendat, ultionem non  
ipsum pertinere, sed ad DEUM, qui ultionum Do-  
minus Ps. 93. vocatur, ideòque sibi etiam vindictam re-  
vavit dicens: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Re-  
12. Ex quo facile colligere poterit Achatius, quam  
sipienter & malè agat, vindictam hanc sibi appropin-  
quando; annon enim, si aliquis ipsi summè amicum  
primèque armatus videret inimicum ipsius inveni-  
entem, diceretque Achatius: *Sine me, ego  
pro tuo meliùs cum ipso velut armatus pugnabo: ha-  
tè ageret, si nollet ipsi vindictam relinquere?* Cui  
ergo DEUS Jerem. 51. dicat: *Ecce ego judicabo  
te, & ulciscar ultionem tuam:* an non merito  
committitur vindicta? Certè sic jam olim Salomon  
Eccl. c. 12. sua fit dicens: *Qui vindicari vult, à Deo  
non inveniet vindictam.* Et ad stipulans D. Augu-  
stinus in Ps. 102. *Ferto, inquit, injurias: securus est  
faciet enim misericordias Dominus, & judicium con-  
tribus injuriam accipientibus.*

LXXX. Secundò illi exemplum Christi proponat  
qui, cum facile vindicare se posset, aut rogare Patrem  
pro vindicta; & exhibuisset plus quam duodecim  
legiones Angelorum, ut ipse Matt. 26. dixit, neutiquam  
tamen sibi vindictam arrogavit, sed Patri reliquit.

merito hoc exemplum proponens S. Augustinus s.  
de S. Stephan. *Attende, inquit, Christum Medi-*  
*am agnitudinis tua: attende Redemptorem anime tuae.*  
*Propter te pependit in ligno, & nondum est vindicatus,*  
*& tu vis vindicari, & non vis tantum & talem Magi-*  
*strum imitari? ideo pari voluit, ut tibi patientia sue de-*  
*monstraret exemplum. Vide pendentem, & tibi lan-*  
*guenti de suo sanguine medicamentum conficientem.*

LXXXI. Tertio illi ostendat, quam præclaram ha-  
beat occasionem, compensandi per hunc præstantissi-  
mum actum opera illa bona, quæ hætenus neglexit,  
uti præclare B. Cæsius hortatur dicens: *Qui capti-*  
*vos redimere, & pauperes pascere, vel vestire non præ-*  
*calet, contra nullum hominem odium in corde reseruet,*  
*& inimicis non modò malum pro malo non reddat, sed*  
*etiam diligat, & pro eis orare non desinat, certus de pro-*  
*missione Domini sui, liberà conscientia ante tribunal di-*  
*tere poterit: Da, Domine, quia dedi: dimitte, quia*  
*dimisi.* Id quod præter alios multos experta est mulier  
illa, quæ occisorem Filij sui in domum recepit, atque  
a captivitate & morte defendit; hanc enim charitatem  
deò rependit DEUS, ut & Filium illius è purgato-  
rio dimiserit, & ipsi vitam æternam promiserit, ut  
Faber in festo S. Stephani conc. 3, n. 3, refert.

LXXXII. Quarto eidem suadeat, ut, quemad-  
modum illi, qui ponticuluth ligneum aquæ impositum  
transcunt, cælum, non aquam, aspiciunt, ne verti-  
gine turbati in imum aquarum prolabantur; ita & ipse  
non ad injurias illatas, sed ad cælum & promissum  
premiu oculis convertat. Ita jam olim S. Chry-  
sostomus ho. 78. ad Popul. suavit dicens: *Facillimè in-*  
*juriam ferre poteris, si tantum in cælum respicias, si spe-*  
*ctes*

et illam pulchritudinem, & quò te DEVS suscipere  
promisit injuriam generosè ferentem. Sic S. Stephanus  
fecit, qui, ut sacra historia act. 7. testatur, dum lae-  
dibus obrueretur, non in lapides, nec in lapidantes,  
nec in injuriam, sed in cœlum, quod ignoscenti,  
pro lapidantibus oranti fuerat apertum, oculos dirigebat.

LXXXIII. Quintò ut illi falsam persuasionem  
quâ summum dedecus putat, honorem læsum non  
dicare, eripiat, memorabilem S. Gregorij ho. 18.  
Evang. Sententiam eidem suggerat: *Vnde vox  
in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia  
in malis cogitationem figimus & dum in terris gloriam  
querimus, placare ei, qui nos de cœlo conspicit, non  
possimus? Acceptà ergo contumelià meditemur in opere  
veneremur DEI: Ego non quero gloriam meam: est, qui  
iudicet. Si ergo Princeps contumeliã passus  
propriam gloriam non querere inquit, sed DEI,  
quò tu membrum tanti facis gloriam, & dignitatem  
tuam ut pro illa quærenda & tuenda, ipsius DEI gloriam  
contemnas? Adde quòd imperitum duntaxat vulgus  
dicet, probrosum esse, injuriam non vindicare,  
autem ex errore imperitæ multitudinis penderet,  
magnis viris habendus non sit, Cicerone teste l. 1. c. 1.*  
Certè sacris Sanctorum Martyrum imaginibus  
instrumenta, quibus se vindicare poterant, sed quò  
læsi sunt, in signum trophæi de inimicis reportati  
pinguntur; Hinc S. Andreas cum cruce, S. Paulus  
cum gladio, S. Laurentius cum craticula S. Sep-  
timus cum lapidibus pingitur; ut adeò meritò inferat  
Basiliius ho. 10. de ira: *Quorùm ergo, dic tu  
cupis esse Discipulus? Beatorum hominum, & De-*

atorum, an eorum, qui spiritu referti sunt maligno ?  
 approbas illorum facta, confiterisque illa ipsis fuisse hono-  
 rifica, & tibi credis in dedecus cedere, inimico parcere ?

LXXXIV. Sexto illi ostendat, non modò non ge-  
 nerosi, sed ignobilis animi, pectorisque indicium esse  
 undictam ab inimico sumere; sicut enim non plena,  
 sed vacua vasa, si percutiantur, sonum edunt; sic non  
 illi, qui verâ nobilitate, fortitudine, magnanimitate  
 præditi sunt, sed qui illâ carent, & vacui sunt, vocife-  
 rari ob injuriam acceptam, & sese vindicare solent;  
 ut in S. Stephano apparet, qui, quia plenus erat gra-  
 tia & fortitudine, ut act. 7. dicitur, tacebat ad injurias,  
 & pro inimicis orabat. Sed & de SS. Martyribus ca-  
 nit Ecclesia: *Non murmur resonat, non querimonia,*  
*sed corde tacito mens bene conscia conservat patientiam;*  
*ut merito Diogenes interrogatus, quinam essent no-*  
*bilissimi? Contemptores injuria: responderit; cui eti-*  
*am ovidius l. de trist. consentit, dum cecinit;*

Quò quisque est major, magis est placabilis iræ

Et faciles motus mens generosa capit.

Ipsè certè DEUS potentiam & fortitudinem parcendo  
 magis, quàm vindicando ostendit, ubi Moyses num.  
 14. ostendit dicens: *Magnificetur ergo fortitudo Do-*  
*mini &c. & paulò post subjungit: Dimitte, obsecro,*  
*peccatum populi hujus sicut propitius fuisti: Considera*  
*hominum cecitatem. Arbitrantur, se suam fortitudi-*  
*nem, suamque animam magnificare, si in alios seeviant,*  
*stillatas injurias vindicent; non sic autem Dominus no-*  
*bet, sed parcendo, & non vindicando; uti & Ecclesia*  
*confirmat, dum orat: DEVS, qui omnipotentiam tu-*  
*am parcendo maxime, & miserando manifestas.*

## §. V.

Tentatio V. circa temeraria Judicia  
passiva.

LXXXV. **C**Æsarius Religiosus omni studio ad perfectionem incumbens, advenit, et resque suas actiones in sinistram partem accipi, et passim à commilitonibus pro Hypocrita haberi despici, qui nihil solidæ virtutis possidens, hominibus duntaxat oculis placere studeat. Unde vehementer tentatur, & hanc ipsam suam tentationem suo spirituali manifestat. Quæritur, quomodo liberandus sit ab hac tentatione?

## Responsio.

LXXXVI. Inprimis ei ostendat, quàm difficile imò impossibile propemodum sit hæc judicia effugere, uti satis clarè libellus de imitatione Christi indicat 3. c. 36. dicens: *Multi multa loquuntur, & ideo per se va fides est adhibenda. Sed & omnibus satis esse, non est possibile. Etsi Paulus omnibus studuit in Domino parere, & omnibus omnia factus est, tamen etiam pro modo duxit, quòd ab humano die iudicatus fuerit. Satis pro aliorum adificatione, & salute, quantum poterat, & poterat. sed ne ab alijs aliquando iudicaretur vel non despiceretur, cohibere non potuit. Imò & Christus obtinere id nequivit; hinc Eccl. 7. comparatur dicens: Venit Joannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum & dicitis: Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, & comensus publicanorum & peccatorum. Hinc Discipulos*